

*omni oratione
hispanie, di*

Reuerēdissimo ac
Patriarche Alexan
dissimo Gasparis Be



onsu
mend
monu
nouer

unctissime vixerunt
ficia acceperunt; atq
vero (& si hactenus
quo motū beneficio
deuinxit. Hec enim
voce predicatur ut
specimen virtutum;
Nam ut cetera que
etate omnium oculis
bigat quam vario d
dis tibi benedicaueris
dia foueas ut ea cum
dignissimam te sobo
milia testentur. que
ris animi bonis pre
religione p̄sules pre
eminentior benignit
inserviuerunt verum
in te observantia pl
effecerunt; Itaqz ci
sem ab eo exordiri v
terit maxime tibi gra
dini Johannis hisp
obitus: Tuamqz at
cā hispanie amissam
sup̄ modū viderem
tibi legēdū obtuli;

00
01
02
03
04
05
06
07
08
09
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25

*19
1997*

sa
ne

no
us
es
to
tes
de
lie
no
uz
em
as
tra
m
u
us
is
fa
te
tra
qz
ibi
ca
no
of
sti
mi
tur
ni
igi
id
bo

1997

Complacencia Car. 5. +. ad Regis
Hispanie, de obitu filij regis Joannis. 1497. 19

Reuerendissimo ac Amplissimo Dño Didaco de Adendoza
Patriarche Alexandrino Presuli Hispalensi Dño Colen-
dissimo Gaspar Bouadilla addictissimus Salutem.



Consueuerunt mortales sepe numero eos com-
mendare dignissime presul; hisq; suoz laboruz
monumeta sepiissime dedicare; quos presentes
nouerint; vel cum quibus diutissime atq; con-
iunctissime vixerunt; aut his saltem memores a quibus bene-
ficia acceperunt; atq; id grata vicissitudine rependunt. De
vero (et si hactenus consuetudinem fortuna inuiderit. nec ali-
quo motu beneficio) tuaz tñ virtutuz cumulus tibi omnino
deuinxit. Hec enim tue sunt virtutes que passim vna omniuz
voce predicatur vt cunctoz iudicio velut singulare quodam
specimen virtutum; ecclesie ornamentum. et decus elucescas
Nam vt cetera que maxime me alliciunt; omittam que nostra
etate omniuz oculis te spectandum reddunt; nemo est qui am-
bigat; quam vario disciplinarum genere merite quidem lau-
dis tibi vindicaueris; Quantaq; liberalitate litterarum stu-
dia foueas; vt ea cū reliquis animi tui munerib; haud paruis
dignissimam te sobolem ex antiqua; preclaraq; Adendoze fa-
milia testentur. que singulari quadam prudentia. ac pre cete-
ris animi bonis precipuos in hispania principes; ac in nostra
religione p̄sules prestatissimos sortita est; Que omnia tuaq;
eminentior benignitas; qua mea ex familia nō modo qui tibi
inservierunt verum quoscūq; potuisti psequutus es; vt mea
in te obseruantia plurimum incrementum acciperet omnino
effecerunt; Itaq; cū indies curarem in quo tibi placere pos-
sem ab eo exordiri visum est; quod nisi casus acerbitas obsti-
terit maxime tibi gratū spero. Cum itaq; nuper Serenissimi
dini Johannis hispaniaz principis immaturus nunciaretur
obitus; Tuamq; amplitudinē pro debito deuotionis in vni-
cā hispanie amissam plem; Christianissimosq; parentes angī
sup̄ modū viderem; qd vndiq; i ei; consolationē redigē licuit; id
tibi legēdū obtuli; Eoq; in vrbe tati principis nūciato acerbo

funere. ille summus sacratissime professionis censor Reuerē
dissimus Dominus meus. **D.** Cardinalis Sancte Crucis
in Jerusalem, Cui inseruire felicissimum duxi dum diebus
paucis nimio merore solus ageret. licet satis tumultuarie tra
ctatū vnum ab epistole more non alienum inuigilauit lingua
nostra et ad catholicos; ac serenissimos. **D.** Regē et Reginā
hispaniarum principes transmisit functus in aduersis secun
disq; rebus officio quod ipsis maiestatibus tenebatur; Qui
et si opus raptim peregit mea quidem sententia quascunq;
consolationis partes et historias discutiēs ita conteruit ut eo
in genere nihil salubrius; acomodatiusq; vteruditissimis; acu
ratissimisq; viris elucubrandum reliquerit; miram quidē sen
tentiarū grauitatem ita complectitur vt non mediocre lugēti
solatium afferre indubium sit; Et ne nobis tantum munus; et
ab tanto principe editum excideret. id optimo iure vēdicauit;
Verū furtim meas in manus deuenisse fateri haud pudebit;
et a me paulo ante latino sermone ex Hispano redactū tue di
gnationi dicaui; nescio tamē aliorū cedo iudicio qui de utroq;
censuerint an huiusce dicendi characterem et eleganiam mea
potuerit assequi traductio; Arduum quidem fuisse fateor pa
rem verbis inuenisse ornatum; Verum sententiā immutatū
nihil esse affirmare audeo; quas sapientia et prudētia plenas
et ad optimos quosuis principes consolandos de re publica
Christianaq; religione bene meritos accomodatas nemo ne
gauerit; Tu pater amplissime libellum leges et ab studiis tuis
Non alienum pensitabis; Ceterū epistolam quam nuper ad
Sanctissimum. **D.** M. Sacrūq; senatū de tanto obitu eterna
memoria recolendo **Didacus Aduros** decan⁹ Cōpostellan⁹
iuris Pontificij interpretis; et grauis celebrisq; orator desti
nauit interui qui et omni fortuna istoz gesta principuz lucu
lentissime ad Pontifices maximos pro tempore; vt intelligo
descripsit. Tu si quando curarū cumulo liber fueris tanquam
in animi relaxationem hec relege; Et mei memor. Vale.

Didacus min

despau

Obispo de Alon

Don y Oviedo.

Consolatoria Epistola in obitu Serenissimi Dñi Johannis Hispanie principis ad Catholicos Regē & Reginā eius parentes p̄ Reuerendissimum in Christo patrem & Dominum B. Bernardinum Carual Cardinalem sancte Crucis in Ierusalē Episcopum Saguntinū alias hispano sermone missa demum per Gasparum Bouadilla eius secretarium latine traducta ac Reuerēdissimo in christo patri Dño Didaco Adedoze Patriarche Alexandrino Hispanicū Presuli ob deuotionem dedicata.

Serenissimis Dñis Ferdinando & Helysabeth Hispaniarū Regi & Regine Catholicis. D. mihi obseruandissimis. B. Cardinalis Sancte Crucis humill. com̄.

otra oracion de Carual de St. vid. f. 168. b.



Tantum doloris attulerit vniuersis qui Hispano nomine cēsentur: luctuosissimū nuncium obitus Serenissimi principis Johannis vnici nati vestri hispaniarū heredis. Quātūq; & tota Curia & vrbs ipsa meroris pre se tulerit in hoc amarissimo & publico luctu/esset difficile paribus posse cōseq̄ verbis. Nam ut inde initium sumam qui caput est omnium Alex. vi. pont. max. ex regnis vestris oriūdo precipuo v̄re regie dicionis familiarēq; deuotissimo p̄re: ab plerisq; postmodū nostri ordinis. S. R. E. Cardinalibus suum ortum eque regio uestro sceptro debētibus: atq; ut is reliquos omnes dominos Reuerēdissimos simul adiciam/ postremo quotquot ad vnum usq; minimū: vrbs colunt: Nemo est quem tristissima ac publica ista clades non altius omniū opinione tetigerit. Sed mihi inprimis perpetuū animo vulnus infixit. Dum excellentissimi principis personā considero. Dum maiestatu vestraz & illustrissime Adargarite reminisco. Dū totius Hispanie sortem infelicissimā extimo. Dum Ro. ecclesiā Italiāq; omnes cum vniuersa xp̄iana republica tanti spe presidij destitutam cōtemplo. Quarū considerationū vna quelibet satisforet. Cur esset intoleranter id ferendū: verum acerbissimum ac pene inexplicabile vulnus omnes simul exegerant.

Alex. vi. 6

3

4

Justic de
fi. ch.

20. fore an
obijt

triste

18. regno

auger dolore
margarita

m. regi fran
corum

Principis enim augustissimam speciem cōtemplans in quē
 tot simul nature munera cōfluxerūt; dignitate; p̄pterea de
 cusq; corporis animiq; virtutes; ⁊ quicquid deniq; optari in
 eo potest qui esset reliquo orbi imperaturus; ad hec fortitudi
 nem; robur doctrinā; fidem; religionē; iusticiā; liberalitatem;
 gratitudinemq; in omnes; in parentes pietatem ac cultus. Et
 rursus in eum omniū observantiam, cōiugis amorem, regno
 rum prouincialiumq; fidem; stupidus admiratus. Nunc sic e
 medio repente sublatā vigesimo vix etatis anno peracto; nul
 lo ex tot virtutibus fructu suscepto. In cuius salute tantū to
 tius orbis desiderij opis atq; spei sitū erat. Nemo est qui ab
 p̄fūdissimis suspirijs ⁊ ingēti fletu se valeat abstinere. Affli
 ctionem etiam maximam. Ad. vestraz quū repeto quam ines
 timabilem ⁊ merito quidem ex tanta fati in clementia in vni
 ci nati interitu cepunt; Cuius causa tanta cura ac difficultate
 sue regie corone. xvij regna ultra plures principatus Comi
 tatus ⁊ dominia annectere sunt conati. In quibus omnibus
 pacem perpetuam religionem ⁊ virtutem fundauistis. Et post
 felicissimum vestrū decessum esset is qui omnibus. Sgo euo
 frueretur. cui edendo educando erudiendo ac cōseruando;
 tanto studio religione ac votis sit elaboratum. Nunc vero
 rem tātopere cupitam in ipso vite flore emedio cursu ereptā
 sic perditam lugere auget subditis vestris omnibus dolorem
 efficitq; casum funere ipso tristiozem. quum ab cis. Ad. ve
 stris ne dum Beniuolentia ⁊ amor qui suis regibus ⁊ domi
 nis debentur. sed quod parentes ⁊ patria sibi de Ciuibus ⁊
 filiis possunt vendicare; debeatur; quicquid enim patrie tene
 mur; id proprium sit ipsius qui illi recte dominatur
 Quin etiam illustrissime principisse nobilitatē animaduertēs
 serenissimi ac inuictissimi Cesaris Maximiliani Romanorū
 Regis filie ipsiusq; familie dignitatē antiquitatemq; ad hoc
 eius; quod non minus est fortuna; que euo non dum maturo
 Carolo octauo serenissimo francozum regi cōiunx destinata
 postea etate iam integra potētissimi ac gloriolissimi Johānis
 hispanie principis nacta nuptias; relicta patria quam tāto cū

honoze cum hispania cōmutauit: et cui parētes coniunt et po-
puli oēs afficiebantur et supra modum cupiebant: quod vero
in tanta coniugij felicitate septem duntaxat mensibus exple-
tis relicta iam grauida: virum hoc est sue vite lumen amiserit
Res est que durissimos quosq; et lapides ipsos ad lacrimas
prouocaret.

Hinc inde oculos postea circūducens et ipsius hispanie prin-
cipis singulis dirigens obtutum: neminem conspicio qui possit
hanc omnium lacturā sine immēso dolore animo metiri. recoz-
datus potissimū ab Dcc. xiiii. xpi anno cū postremo hispanie
vno concordia et gloria afris victoribus nonnullorū xpianorū
peditōe victa decoxit, amisso rege Roderico cui soli hispania
parebat ad hodiernum vsq; diem quē sepringenti octuaginta
et tres anni p̄cesserunt: numquam interea temporis aliquē in
hispania tante magnitudinis principem extitisse qui esset ea
integre potiturus: excepta portugalie ac Nauarre duntaxat
quota tante p̄uincie portione: quibus nihilominus que extra
hispaniā sunt sicilia sardinia Baleares et fortunata insule lō-
ge magis antecellunt. Et eo itaq; tempore vsq; nunc numq̄
hispania eius principem sortita de quo tātum sibi licuerit
sperare. Africam iquaden di ad spurcissimi mahumetis super-
biam comprimendam et qd̄ ipsi olim in hispaniam sentauerāt
in p̄prios lares Inferendum: Et sicuti deus populum p̄ regē
et regē p̄ populū sepiissime castigat. Punitur enim David a.
in populi pestilentia ac popul⁹ aliquādo p̄uitus est i regib⁹ b.
suis. In quorū ac populi supplitiū data est regni diuisio quā
Seroboā c. fecit post dies salamonis: si Regni itaq; diuisio:
regis ac populi pena est: aptissimum est regnorū que recte gu-
bernātur vniōne et cōcordiam glorie felicitatiq; accedere eo-
rum dē. Ad eius enim cū vna cōueniunt inuicē ipsa se iuuāt et
conseruāt et conatus hostiles facilius p̄pellūt. Inspicere autē
hispaniam prouinciā nobilissimam et cui deus et ipsa natura
tantopere indulserunt: et que sub hoc principe tam pacata et
vniua quiescebat nunc orbatam et tanto successore et tam cu-
pito spoliatam: Anchoza et sue spei validissimo munimento

punit per regē p̄p̄m. et q̄. sepe a. ii.

7. mēib⁹
simul Gabi

Itē rō

Loc moros

9. h. p. 7.
Ano 714
xpi natali

p̄mo estal
tūc

Africa

a. ii. reg. xlii.

b. Job. xxxiii.

c. iij. reg. xii.

clauoq; firmissimo quo Rome omnes & compagine cingebatur ac lapide angulari qui ne dum geminos parietes sed edificium vniuersum comprehēdebat. Nemo est qui non cū ea simul amarissime contristetur & ad commiserationem proorsus rapiatur

*Itē rō
faucere
qui pontif
cis solent
reges hys*

Sācta Romana ecclesia: que obedientie principatum in hispania semper exercuit: Quam precipui christi apostoli Iacobus & paulus ac eorum postea discipuli pepererunt. Et in qua potissimum in presentia spem oēm tanq; in carissima filia locauit sicut. S. D. N. precipue est exptus: qui ceteris magna ex parte deficiētibus aduersus hostes suos & in Neapolitano regno ecclesie feudo recuperando & in ostien arce expugnanda: ab sola hispania ope auxilio & viribus est adiutus: & in qua sola est relicta fiducia in rebus ceteris peragendis. tam in Italie ac Christianorum pace statuenda quam etiam in infideles expeditione paranda & vniuersa ecclesia reformanda ipsiusq; aduersus hostes libertate tuenda: videns eos angustis tantum felicitate confidebat: in tam acerbo & lacrimoso casu omni tristitia & merore prosequendo: Ad. vestris. huc apud hanc sanctissimam sedem peculiarissimorum filiorum sibi locum vendicarunt: deesse nullo modo potest.

*Itē rō
author de
plorat b. v. m.
suo*

Et ego quum tantum debeam Ad. vestris quarum subditus & seruitor in sua regia coalui Tum quod se. & sancte. re. Serenissimum principem tantum obseruabam colebamq; quam vix exprimi. verbis potest. Atq; ita de me ipsa que me ptulit hispania meretur. Idemq; debeo ecclesie vniuersae: Cuius sum quamq; immerito debile membrum: Tum etiam quod plurimum teneor affitiorq; Illustrissime dñe principisse cum michi sit domina relicta: ac etiam qd idem eius virtutes de me querunt. accedente ad id prepterea Serenissimi eius genitoris Maximiliani Cesaris gratia & amore quibus est me maxime psequutus quando ad Adagestatem suam Cesareā mihi ab sede apostolica fuit legatio demandata. Nec omnia mecū reputās vt pari fletu dies & noctes valeā infelicissimā istam cladem psequi tam publicam quā meam non inuenio.

*legatp ad ma
ximilianum*



Et quamquam michi erat hic scribendo finis imponendus qui male possum consolationis genus vllum alijs afferre ea carens atq; ipse consolandus; Tamen sicut debeo. **A.** Ad illarum alumnus et **C**onsiliarius Ac vt meo predicatoris apostolici et pastoris officio satisfaciã. Quod **E**saia ^a docente in tristibus leniendis maxime versatur; Apte fatebor. **A**d **A.** q; licet casus in se plenus sit omni cõmiseratione et lachrymis; fieret tamen et rei publice et mihi infelicioz qm̄ **A**d aetates vestre Quod de earum religione mitissime timetur. Imodum in ipso dolore et aduersis excederent. Ita vt vel salutis sue que communis ac publica omnium est; vel clarissimo nomini sue christianissime constantie; aliquid desiderari possit.

Dolere eadem ac lugere interitus filioz et caroz nobis licere et ab ipsa natura pmittit; nemo est q; neget mouet. n. carne caro. et vt **A**ugustinus. **b.** scribit q; dixerit deũ impossibile p̄ci pisse anathema sit. atq; id potissimum pmittitur in vnico et primo loco nato; Cuius obitus p̄sone cõditione et qualitate dolores ceteros atrecellit. **Y**eremia. **c.** et **Z**acharia. **d.** ad populum scribens vt eoz delicta grauitur ferrent ac si vnigenitum et primogenitum deplorarent. **C**onsueueruntq; in veteri **T**estamento sancti patres lugere mortuos caros; **A**dã in obitu **A**bel; **A**brahã ^e sarre. **J**acob ^f **J**acob. **f.** cũ **J**oseph filium mortuum putauit; **J**acob filij ^s in morte patris; populus ^b in morte **M**oyse; **D**avid ⁱ in saul et **J**onate et in morte amonis ^k et absalõis filioz; **E**t in nouo testamẽto ^l in lazari morte xps et in ipsius ^m morte oes. **E**t postremo i stephani ⁿ morte discipuli; et sic in statu legis gratie spiritualitatis copiosissimo fuit etiam permissum carni suum opus pietate et affectu mortuos prosequendi; **A**dhabetur nichilominus in christianis huic licentie modus quidam moderate id ac temperate vt agatur; atq; adeo vt sola ex eo pietas non desperatio aliqua ostendatur. et quotiens id tale sentimus motus ipse animi dolore et consolatione misceatur; dolore si quidem ex sepeparatione carorum; Consolatione autem dum voluntati diuine

Handwritten notes in the right margin:
 a. Esa. lxi.
 b. de fide ad Petrum
 c. Jerem. vi.
 d. Zacha. xij.

Handwritten note:
 Dolere et lugere
 male. cxx.

Handwritten notes in the right margin:
 e. Gen. xxiii.
 f. Gen. xxxvii
 g. Gen. l.
 h. deut. xxxij.
 i. ij. regũ. p̄io
 k. ij. reg. xvij
 l. Joãnis. xi.
 m. Luc. xxiij
 n. Actũ. viij

Handwritten note at the bottom:
 Lacrimas fundere h. = sed Moderate

a. Leui. x. r
xxi.
b. eccli. xxij. r
xxvii.
c. ezech. xxiiij
d. Math. viij

a. p. Tesa. iij.

3. concil.
he.

adheremus memoresq; optimi ac felicioris status quo Car
pergunt relicta, caduca ista ac erummosa vita. Y deoque Ca
rissimorum nobis mortem supra modum flere Ad cytes a
in leuitico: In Ecclesiastico b sapiens r suo vaticinio c. Eze
chiel prohibent: r qd longe plus est ab christo ipso mathei d
euangelio id ipsum edocemur qui nouo discipulo suo patrem
humare no premisit neq; id vt no doleret factum voluit sed
ne sic immoderate id ageret vt ab dei cognitione ac voluntate
spiritaliq; cosolatione auerteretur, quam curam grauem mor
tuis spiritu reliq; qui sunt peccatores aut infideles. vt ijs per
mittatur coseruacione animi ac pfundiore dolore suos mor
tuos sepelire
Paulus quoq; Apostolus electu xpo vas vt vniuerso orbi
ipsius voluntatem veritatemq; aperiret. Scripsit a Thesalo
niceu, vt non cotristentur suoz interitu sicut gentes faciunt
spem resurrectionis no habentes: Namq; cu nichil in nostris
de anime immortalitate/ corporu resurrectione sanctoru comu
nicacione dubitetur, qui sic extra moduz merore conuictur
carorum interitu: gentiles sequi r in nostra religio hesitare
peul dubio videtur: Qua de re Ciprianus hic onimus: Au
gustinus Chrysostomus ceteriq; ferme oes sanctissimi docto
res non nulli deniq; romani pontifices hunc mortuos immo
dice lugendi morem: seuerissime damnauerunt, po ut constat
xij. q. ij. q; prepostez r duobus sequentibus capitulis Ad eoz
ipsum sancitu est tertio Concilio Toletano capitulo sequenti
qui diuina quo Arrii perniciosissima heresis funditus est in
hispania deleta, suntq; ibi tum in ecclesia plurima alia sanctis
sima Instituta: Quibus adfuere Riccardus gloriosissimus
christianissimusq; gothorum Rex r Heladius primas Tole
tan. ac Leander hispaleu. Meriteq; Tarraconeu, Bracca
reu, r Marboneu Archiepiscopi cum lxx. r duobus alijs
Episcopis plurimisq; religiosis ac doctis viris cuius Con
cilij circa mortuos Institutio in eos magis intedit q deu ac
seiplos cognoscentes diuinisq; misterijs deuote susceptis ca
tholice morantur: Cui migrationi Cui modo rite credit q gra

tulandū poti⁹ est q̄dolendū; illud toto aīo cernētes quo pro
 fecturi ex hac misera vita discedūt. sicuti beati Aldartini obitū
 equa pietate legimus dolore ac leticia discipulos pertulisse.
 Et p̄pter eas quas attulimus auctoritates plurib⁹ id etiā pa
 tet rationibus. quar⁹ duabus cū aliquot aliis exēplis ex scrip
 tura additis: potissimū intēdemus: Primū reluctari deo &
 ab ipsius nutu discedere: grauissimū crīmen & cōtra xp̄ianoꝝ
 habetur institutū. q̄ quotidiana oratiōe^a dominica frequēti
 prece cōtendunt vt dei volūtas p̄ omnia Impleat. sic autē cō
 fici & se ipsos merore p̄strare ac om̄io ex spe cadere: quum &
 filios & quos Caros habemus amissimus. quod ab deo solo
 p̄cedit. cū ipsius voluntate nō cōuenire atq; quātuz in nobis
 est illi repugnare: crīmine & eo quidē maximo nō carēt. vnde
 p̄ponendus est ante oculos cuiuscūq; xp̄iano verissimū illud
 ac vnicū paciētie exēplar sanctissim⁹ Job. & in aduersis quan
 do omnia succedēt ipsius est dictū frequēti⁹ vsurpandū^a Mu
ndus sum editus in lucē: nudus reuertar illuc. dñs dedit dñs
abstulit. sit nomen dñi benedictū. sit nobis etiā exēplo feruē
tissim⁹ fidei abrahā q̄ dei volūtatē sequutus^b q̄q; in re ab
 humanitate p̄orsus & natura ipsa aliena vt Isaac filiū vnicū
 futurū orbis heredem: imolaret & sua manu occideret. quia sic
 deus statuisse sentiebat: nō exhorruit. Quanto magis fideles
 omnes si medo fidei ipsius aliquo igniculo feruent in re natu
 rali & omnibus cōmuni hoc est suoz interitu neq; sua manu
 illato sed sic volente deo: diuino Cōsilio nutu cuius ea fiunt
 quātum est in eis Immoderate merendo aduersari nō debent
Septē quoq; nonus iudex israel & quez paul⁹ inter sanctos
adnumerat ut qd̄ deo vouerat si vicisset amonitas p̄solueret
videlicet vt primū ex eius sibi familia obuiū deo immolaret
Quū e uictoria rediens primū vnica^d ei⁹ gnata sibi obuiā fu
isset maluit ne a p̄missis discederet qd̄ deo tenebat filie mor
tē p̄stare: Quā ipsa etiā filia cōstantissima & summa cū paciē
tia offerre nō negauit: ipsiusq; pater & si p̄tra oēm animi vim
affectumq; nature vt qd̄ debebat satisfaceret: filie non pepcit
licet affirmant nōnulli & hī qdem insignes doctores eam non

1. ro cipari
c. p̄ p̄p̄ter 13. 12

a. Matb. vi.

a. Job. p̄io.

b. Gen. xxii.

c. hebreoz. xi.

d. Iudicū. xi.

corporis morte sed deo & diuino Cultui dedicatā perpetua
cōtinentia; que mors Ciuilis appellatur; patrem voto libe-
rasse; q̄ si sancti in veteri lege carnali in qua cuncta ex carne
& tēporalia p̄mittebātur; dei tamen sententiā in suoz morte;
quā patientissime ferebant; quāto id vberius efficiendum est
ab christianis tēpore p̄fectionis & plenitudinis spiritus & se-
culo tam repleto hominibus; quumq; religio non iā succedit
carnis p̄pagine nec ex prole christus nasciturus expectatur:
Quodq; si tūc non ita effrenate mortui lugebantur quorum
nemini iter ad gloriā morte parabat neque enim redemptio-
nis p̄tium erat cruce p̄solutum. vnde & ecclesia Romana san-
ctos veteris testamenti non celebrat cū morte nō beatificarē-
tur. sub lege igitur gratie Janua celoꝝ reserata & nature p̄tio
soluta et sancte mouentibus certa spe instantis beatitudinis
data; min⁹ tūc dolendū est carozū interitu; aut de dei sentētia
conquerendū. Quod & alia secūda ratione cōuincitur; filioꝝ
bona sic metiri debent parentes; ut eoz; maioris cōmōdū eli-
gatur. etiā si ob id lōgius ab eis ab esse cogereat. si nō do si-
lios & amicos vero amore p̄sequūtur; de quibus absolute
est optandum qd̄ s̄p̄ ex re sua magis fiat; q̄ propterea
sepe fit; ut filios parētes v̄l honoris ad magistratus. aut lucri
ad mercimonia; v̄l postremo affinitatis gratia ad matrimonia
cōtrahenda; in remotissimas orbis partes dimittant. & vbi si
melius filiis succedet; se eos amplius videre non curent. hoc
vno contenti qd̄ ibi melius cum filiis agatur; His vero qui
recte & cōstanter de fide nostra sentiūt apte liquet momenta-
neam vitam hanc nostram; curriculum esse breue & p̄grinati-
onem b̄ a domino; hospitiiq; omni amaritudine & angustia
plenum. que per singulas ipsius cellulas quāuis in subline
tendentes diffunduntur; neq; potest in patriam ac dei cōspe-
tum perueniri nisi carnis pallium seu tegumentū deponatur;
sicut Elías a facto expressit; relicto terris pallio quo tegeba-
tur quū ad dominū raptus est; neq; dominas Egyptiacā que
necessitas est sine possibilitas peccandi et a gratia exciden-
di; fugere valem⁹; nisi carnis palliū exuamus; qd̄ Ioseph b̄

a. Ethicor. ii

Sic. Amb. 20
Sij

b. ij. chor. v.

a. iij. regū. ij.

b. Gen. xxxix.

quoque ostendit: quum coniugem fugeret principis exercitus
 Pharaonis: quod si gratie confirmatio et glorie consecutio in hoc
 seculo huius minime possunt. et ad ea consequenda oportet quod per
 mortis quietem in aliud migremus. que tunc eis obtinuisse existi-
 mus quos bene emori videmus scimusque quod a nobis illi
 absunt longe melius ac beatius quam si nobiscum degerent permanere
 ne dum Impium est dei voluntati obistere sed primum cuius gau-
 dium luctu et lacrimis conturbamus impedire. et ipsius felicitati
 quodammodo invidere. et ideo quod dolorem non cohibent concep-
 tum ex hijs qui bene et sancte moriuntur, adversus deum primum et
 se ipsos inmittuntur. quos quum bene emori contigit sancta
 scriptura Beatos appellat: et ob eos ipsos scriptum est ab Sa-
lomone: magis se laudare statum mortuorum quam viventi-
um. Fatendum tamen est omnino quod quicumque sine filij sine
 cari nobis sint quanto minus catholice moriuntur eo magis
 lugendi nobis sunt et de eorum morte dolor geminatus quo
 maior nobis opinio insedit: eorum mortem fieri peccatorum
 gravitatem. Unde Salomon in Ecclesiastico scribit bene
 morientium luctum septem tantummodo dierum spatio ter-
 minari delinquentium vero finem non habere. de quo apud
 David exempla legimus in morte filiorum qui parvulum
 Bersabee qui actu non peccaverat et die septima decessit
 quantum de eius vita sollicitus ac salute curam omnem et Je-
 tunia adhibuerit mortuum tamen postea non deflevit. In
 morte vero Amonis lacrimis non pepercit sed licet fuerit
 primus ex se genitus non sic propterea est a patre defletus ut
 Absalon quoniam purgato Jani incesti crimine cum thamar
 et in absalonis fratris gratiam renovato: nullo alio post ad-
 dito crimine quod legatur vite concessit. Mortem vero Ab-
salonis filij sed inimici et qui eum eregno deiecerat acerbissi-
me fleuit: quem actualiter et in gravissimo rebellionis i obe-
diencie ac contumacie adversus patrem crimine mori cogno-
scebat.
 Hec omnia Catholici et christianissimi principes eo tendunt: ut
 perspecta gloriose et sancte memorie Serenissimi principis

iii. dicitur.

c. Apoc. xiiij.

d. Eccles. iiii.

Mali su gaudi

e. xiiij.

modum...

f. ii. regu. xli.

a. ii. regu. xlii.

Amo...

Absalon

b. ii. regu. xli.

vaptus de ne malicia lumbaret Intellectu eius aut ne filio deciperet omnia illig

.c. Sapie. liij.

Joānis sanctissima quiete et christianissima ad dominū evo-
catōne quivt in Sacris litteris legitur a deo fuit in maiora
gaudia accersitus: ne temporū infelicitas optimum eius ani-
mum mutaret. qui nihilominus intra breue temporis spatium
secula multa peregit: q̄q̄ in eo casu ab. Ad. v. Carni et sensu-
bus aliquid tribuatur vt ab eis commiserandi officio pater-
no satisfiat: Est tamen id moderādum tam in doloris diutur-
nitate q̄ magnitudine. ratione ipsa suo naturali lumine illu-
strata et quod magis est sancte fidei et christiane religionis
accēsa. In quo qd fide qd religioe doceamur latissime dictū
est. Qd vero ratio ipsa et humana prudentia suadent certissi-
mum est in eo angere ac laborare, in quo nichil sumus p̄futuri
prudentie non esse. Nihilio nanq̄ fletu neq̄ in lucem mortui
reuocantur. neq̄ in vulneribus medemur que sic dolēdo po-
tius augentur. Redit p̄pterea supra res omnes vitam ho-
minum tristitia a breuiorem. estq̄ etiam ea mortuis ipsis qui
parentes amant nō minus permolesta. et Ideo Salomon b.
Imensum sic dolere quod neq̄ deo acceptum est neq̄ con-
sentaneum rationi, imprudentiam vocauit cuius hōne prudē-
tie gētilium quā plurimi solo rationis ac naturę lumine ducti
non fuerunt expertes qui quum neq̄ de animarum immorta-
litate dubitarent, licet nichil de corporum resurrectione rescī-
rent, magna animi fortitudine et admiranda constantia siccis
oculis filiorum obitum tulerūt. In qua re plurimum ab opti-
mo quoq̄ et sapientissimo sunt probati. quemadmodum Ana-
xagoram tenophontemq̄ philosophos et Athenarum prin-
cipem periclem. Catonem: fabium Marimū. Q. Martium
paulum Emiliū: et Clarissimam Corneliam fortitudinis
exemplum. quinto memorabilium ab Valerio Maximo cele-
bratos et quamplurimos alios fecisse comperimus. Et p̄p̄-
terea que dicta sunt que magna ex parte debent in hoc casu
Maiestates vestras consolari. Potest etiam quidam aliud
addi que consolatio erit ex eodem merore procedens sicut
aqua que ex durissimo lapide in Adoyū emanauit.

phi. cogit. d
ro. 3
ubi remedium
no est
a. Eccli. xxx.
et xxxi.
b. Eccli. xxxi
viij. 9

lib. d. p. 11. 1

lib. d. p. 11. 2

lib. d. p. 11. 3

lib. d. p. 11. 4

4. 20

o. nō dederis in tristi cor tuū sed repelle eam etc. et memeto nouiss. Re noli obli-
uisci nec n. et q̄uis m̄h̄t. p̄deris et t̄capm pessimalis

